Venerabili in Christo patri et Domino reverendo, domino Stephano Dei gracia episcopo Lubucensi Hedwigis gracia per eandem Polonie regina salutem cum longitudine dierum votivorum. Oracionum vestrarum suffragia pro nobis ac nostris per vos Deo devocius exhibita laudabilemque conversacionem vestram habitam nobis-cum studiosius recensentes venerabilem personam vestram in favorem ac in curam nostram recepimus specialem promit-tentes fidedigna (sic) vos et cuncta bona mense vestre episcopalis que in ~~cuncto~~ regno nostro Polonie dinoscimini possidere ab omni-bus iniuriis atque violenciis per quepiam (sic) inferendis manu-tenere ac defendere fideliter et tueri ut exinde per iuges oracio-nes vestras peccaminum nostrarum (sic) relaxacionem condig-nam percipere valeamus. Datum Sandomirie dominica qua cantatur Iudica me Dominus anno Domini M.CCC.XXX secundo.

~~Perg. oryg. z którego na pasku perg. resztki pieczęci ...~~

~~Berlin. Königl. Geh. Staatsarch. Neumark.~~

[illegible]

Fr. Mathias abbas monast. Lindensis 1336 Apr. 15, in Clodova;

Nos frater Mathias dictus abbas monasterii Lindensis ordinis Cisterciensis Gniznensis ecclesie dyocesis tenore presentium protestamur, quod pro limitacione facienda inter hereditatem nostram dictam Clodova ex una parte et hereditatem dictam Granssin fratrum Olivensis monasterii eiusdem ordinis ex altera parte de voluntate et consensu abbatis et fratrum eiusdem domus Olivensis duos testes adiuratos produximus, videlicet comitem Johannem de Stirsow et Lutkonem Kmetonem de Laguschow, ut prohiberent testimonium veritati. Qui vive vocis oraculo dixerunt et ostenderunt, veras metas esse et ab antiquo fuisse fluvium aque iuxta pontem qui per vallem hincinde transiens tandem per magnam vallem cadit inmediate in lacum quem fratres predicti pro suo molendino firmato obstaculo extenderunt, deinde a predicto ponte in eiusdem vallis medio ascendendo usque ad septem quercus se extendunt. Nos vero comodis et utilitatibus dictorum fratrum fraterna caritate congaudentes, liberaliter et firmiter promittimus, quod per nos et fratres nostros ratione metarum

nostrarum in eodem lacu et obstaculo nunquam debeant molestari, Dantes super hiis sepedictis fratribus de Oliva cum appensione nostri sigilli et conventus nostri caucionem presencium literarum. Datum et actum in Clodova anno do. 1336. 17. kal. Maii. presentibus honorabilibus viris domino Alberto de Riczin et Alberto capellano nostro de Clodova, Michahele de Rosoylchow, et Ottone de Banseschin, Vitoslao de Smoschow et fratre suo Busylo, Jescone de Clescow, Syslao de Lagusschow, fratribusque domus nostre Arnoldo rectore curie nostre, Johanne quondam priore et pluribus aliis fide dignis.

Original, woran noch zwei Siegelstreifen, im Deutschordens-archiv zu Koenigsberg.

Nicolaus archidiacon. Calissiens. ~~Gnez~~ canonicus. incipiunt.
1337 Apr. 25, Gnazne;

Gnierno. Arch. Cap. Metropol. Liber privileg. ab a. 1459, I, pag. 24.

In nomine Domini amen. Ne facta mortalium a memoria dilabantur consueverunt scriptis autenticis cum subscripcione testium commendari noticie posterorum. Igitur nos Nicolaus archidiaconus Calissiensis Gneznensis canonicus notum facimus universis tam presentibus quam futuris ad quorum noticiam devenerit scriptum presens quod cupientes condicionem ville nostre que Woyucrino dicitur fieri meliorem ipsam sub rathihabicione dominorum et fratrum nostrorum Gneznensis nostri Capituli iure theutonico quod servatur in Szroda exponimus ad locandum vendentes Stephano filio quondam Pauli pro certa quantitate pecunie soltheciam in eadem et dantes sibi et suis liberis et successoribus legitimis nomine eiusdem soltheciе unum mansum liberum duos orthos liberos thabernam liberam, macellum panis carnificum et sub-thort-um tercium denarium iuramentorum et cuiuslibet iudicati in perpetuum possidenda. Preterea incolis eiusdem ville infra unius anni spacium plenam et omnimodam concedimus libertatem, quo elapso incole hereditatis predicte quatuor mensuras sigilinis (sic) quatuor tritici et quatuor avene et fertonem usualis monete racione census et decime in festo sancti Martini et duo tapecia ovorum in festo Pasce nobis et nostris successoribus annis singulis dare et solvere tenebuntur. Et quoniam iura predicte civitatis Szroda sunt nobis incogni-ta

omnia iura que commodum dominorum respiciant salva nobis et integra reservamus. Ut autem hec nostra ordinacio robur perpetue infirmitatis (sic) obtineat presens privilegium sibi dedimus nostri et predicti Capituli sigillorum robore communitum. Actum et datum Gnezne in die sancti Marci ewangeliste anno Domini MCCC XXX septimo presentibus honorabilibus viris dominis Iwone preposito Vincencio decano Thomislao cantore Preczlao archydiacono Johanne scolastico et officiali Benedicto custode Petro cancellario Gneznensibus Bodzatha decano Cracoviensi, Adam Strassone, canonicis Gneznensibus et aliis ? multis.

Janislaus s. Gneznens. eccle. archiepus. [illegible]
in Lowyczi

Gnierzno. Arch. Capit. & Metropol. Liber privileg. ab a. 1459, I, pag. 870.

In nomine Domini amen. Quoniam facta mortalium
per decursum temporis evanescunt consueverunt scripture
aut subscripcione testium posteris commendare. Proinde
nos Janislaus divina et apostolice sedis providencia
sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus notum fa-
cimus universis presencium noticiam habituris
quod inspectis fidelibus serviciis Pauli dicti Thy-
czka nobis et ecclesie nostre exhibitis et inposterum
exhibendis sibi mansum unum sive laneum
solubilem quem nunc idem Paulus in villa nostra
theutonicali que Slupya dicitur tenett suisque li-
beris ac successoribus legittimis damus et concedi-
mus perpetuo libere possidendum faciemus eundem
mansum suum ab omnibus solucionibus et
serviciis penitus liberum et solutum. In cuius
rei testimonium nostrum sigillum presentibus
litteris quas dicto Paulo dari mandavimus est
appensum. ~~Datum~~ Actum et datum in Lowycz
in vigilia Bartholomei apostoli anno Domini
millesimo trecentesimo tricesimo septimo presenti-
bus dominis Johanne scolastico et officiali Gne-
!! znensi Nicolao preposito Opulien (sic) Ra-
slawo Rudeniensi —

preposito et Creslao canonicis Gneznensibus Marti-
no archidiacono Curzeloviensi Sbiluto cantore Cru-
schwycensi Ioanne preposito Calyschyensi et aliis
fide dignis.

Abschluss eines Waffenstillstandes zwischen König Kazimir von Polen zugleich für Herzöge Otto und Barnim von Pommern und dem Markgraf Ludwig von Brandenburg 1338, Nov. 26, in Welen.
(Porzyczyy napis dorsowie; X[2] tomu Regestów Król. Arch. Tajnego w Berlinie, str. 18.)
Perg. oryg. którego początku brakuje, oprócz tego górny brzeg miejscami porozdzierany. Cały podklejony papierem.
Berlin. Königl. Geh. Staatsarch. Polen.

... cu...(33 lit. des.)... mus intercludi. Nolentes p...(21 lit. des.) spolia (28 lit. des.) aut incolis marchionis et principum predictorum (13 lit. des.) quantum pro (24 lit. des.)... to prohiberi poterint inferri aliqualiter consentire. Que vero si quedam sibi illata fuerint clam vel palam extunc illatores dampnorum ipsorum iudicio stare procurabimus iudicatumque integraliter solvere si se super innocencia duorum idoneorum sibi parium non poterunt testimonio expurgare. Si autem eos ad parendum iuri aut iudicio movere et ad solvendum iudicata compellere nequiremus extunc ipsos et eorum quemlibet divisim suffulti tamen presidio marchionis antedicti amici nostri karissimi viis et modis quibus competierit sine prohibicione qualibet prosequemur. Prohibemus eciam omnibus nostris fidelibus et subditis cuiuscunque condicionis extiterint nostre gracie sub optentu ne amico nostro prenotato terris hominibus aut subditis suis quibuscumque ipsis treugis durantibus dampna inferant aliqualiter et ne persone extra terminos nostros aut ipsorum nisi via peregrinacionis contra Lythwanos intenderent proficisci in ipsius amici nostri prenotati dispendium pertranseant aut iacturam. Promittimus

mus etiam pro domino Ottone et Barnim filio suo ducibus prenotatis ut premissa singula dictis treugis ~~durantibus~~ pendentibus servent et teneant inconvulsa. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum in Welen anno Domini M. CCC. XXX octavo in crastino festi beate Katherine virginis et martyris gloriose.

Zyulowezsino)

Janislaus v. Gneznens. eccle. archiepus. 1341. Apr. 24, Gnezne;

Gniezno. Archiv. Capit. Metrop. Liber privil. ab a. 1459, II, pag. 139.

In nomine Domini amen. Necessarium et utile plurimum fore dinoscitur, ut facta hominum que de facili dilabuntur a memoria fide instrumentorum posteris innotescant. Ideoque nos Janislaus divina et apostolice Sedis providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus notum facimus universis tam presentibus quam futuris ad quos devenerit scriptum presens, quod meliorationi bonorum nostrorum et ecclesie nostre pro viribus intendentes villam seu hereditatem nostram dictam in wlgari Balowezyno sitam in territorio Gneznensi de consensu fratrum nostrorum Gneznensis videlicet Capituli iure theutonico exponimus ad locandum vendentes Valdoni filio quondam Boguszi de Potrovycz in eadem villa Balowezyno sculteciam pro certa pecunie quantitate dantesque sibi et suis liberis ac successoribus legitimis nomine sculterie eiusdem et racione locacionis octawm mansum liberum tercium denarium iuramentorum et cuiuslibet iudicati macellorum pistrinarum et calcipariarum tabernarum medietatem. Item scultetus cum suis successoribus legittimis libere perpetuo obtinebunt. Preterea incolis qui se locaverint in villa iam dicta Balowezyno de agris notabiliter extirpandis et prorsus incultis quatuor annis a data presencium computandis plenam a solucione census et decime concedimus libertatem, qua libertate elapsa et totaliter

expirata

prefati ometones sex scothos usualis monete et duas
mensuras tritici duas ordei et modium avene modium
siliginis de quolibet manso annis singulis nobis
solvere tenebuntur. Et quoniam iura predicte civita-
tis Srzoda nobis sunt incognita omnia iura que
commodum et utilitatem respiciunt dominorum
salva nobis et integra reservamus. Ut autem hec
nostra donacio robur obtineat perpetue firmitatis
presentes litteras eidem scultetio scribi fecimus
ac sigillorum nostri et Capituli Gneznensis pre-
dicti robore (sic) communiri. Datum Gnezne
VIII Kalendas May anno Domini M tricente-
simo quadragesimo primo presentibus hono-
rabilibus viris dominis Iwone preposito, Vin-
cencio decano Przeczslao archidiacono, magist
Mathia scolastico Benedicto custode (de (sic)) Gneznens
Bodzan Boczantha decano Cracoviensi Petr
preposito. Martino decano Lanciciensibus
Keltzone preposito Rudensi Pribislao tesaurar
Canonicis Gneznensibus et alys pluribus
fide dignis.

Offka relicta Johannis de Dobricia 1342 Nov. 18, in Calysch;

Gniezno. Archiv. Capit. Metrop. Liber privileg. ab a. 1459, II, pag. 88.

In nomine Domini amen. Ea que geruntur cum tempore, ne sequantur naturam oblivionis data eternari solent in memoriam literarum. Igitur noverint tam presentes quam futuri hanc literam audituri quod ego Offka, relicta Joannis de Dobricia una cum meis ~~filiis~~ filys Pechkone et Joanne deliberatis animis maturo consilio necnon consensu amicorum nostrorum vendidimus scultetiam in hereditate nostra Mychalow Marco et Jacobo pro duabus marcis grossorum iure theuthonico colocandam cuius gades incipiunt a gadibus ville dicte Czena usque ad gades ville dicte Marquacze et ad viam que transit ad viam in Belkala dantes ei tres mansos liberos tercium denarium tabernarum hortorum macellorum carnificum parum sutorum ac aliorum. Damus etiam eisdem scultetis venaciones avium et ferarum ita tamen quod nobis terciam partem de talium venacionibus presentabunt. Damus etiam eisdem scultetis tercium denarium iuramentorum et cuiuslibet iudicati ligna ibidem edifficiis construendis et etiam pro cremacione eorum in hereditate iam nominata. Incole vero ibidem locati eo iure fruantur quod est et servatur in Srzoda. Etiam damus incolis ibidem octo annis libertatem expirata vero libertate cmethones dabunt

bunt nobis ac nostris successoribus de unoquoque manso non libero racione census in festo beati Martini quatuor mensuras siliginis quatuor avene ac duas mensuras tritici et duas ordei necnon fertonem grossorum Pragensium et eciam nobis ter arare et arepirare in anno tenentur. Et etiam nos honorare in Nativitate Cristi porcum pro fertone et in Pasca latus carnium pro fertone in tribus magnis iudicys omethones dabunt duo prandia scultetus vero tercium aut pro quolibet prandio fertonem grossorum. Et cum expedicionem fieri contingant (sic) generalem aut colloquium omethones dabunt duos equos cum curru onerato prout et cervisia et scultetus equum pro tribus marcis nostro procuratori in Oppathow ad ser-servicndum teneatur exhibere. In cuius rei testimonium presentem literam dari fecimus nostro consueto sigillo munitam. Actum et datum in Calysch in vigilia beati Martini anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo secundo presentibus his testibus Nicolao de Szynfelt Arnoldo sculteto de Flokynya Nicolao advocato de Nova civitate Ioanne notario ibidem in Calysch et alys pluribus fidedignis.

(Dalszy ciąg zatwierdzenia w poprzednim!)

Com. Nicolaus her. de Gostin 1342 Dec. 21, s.l.; 32

Poznań. Arch. Consistor. episc. t. q. 1714–1720.

In Nomine Domini Amen. Noverint universi praesentium literam inspecturi, quod Nos Comes Nicolaus Haeres de Gostyn filius olim Comitis Alberti, sani corpore maturo consilio bona deliberatione rite ac rationabiliter dedimus liberum mansum quondam Surconis in Brzezie situm Nostro Dilecto Compatri Johanni dicto Krzywinski et suae posteritati natis et nascendis in perpetuum haereditarie possidere quem videlicet mansum cum matre nostra Praedilecta Anna eidem Johanni causa remunerationis dare promiseramus quando filium suum baptisavimus nomine Petrum. Excipimus etiam praedictum mansum a nostro censu et a qualibet nostra solutione et servitute. Ut autem haec donatio inviolabilis perpetue valeat permanere, Nostro nomine praesentem Literam jussimus roborare. Praesentibus his testibus Antonio Magistro Civium Proconsule dicto Roisricz(?), Pachone Sutore, Nicolao dicto Borgnycht consulibus nostrae Civitatis Gostinensis et aliis quam plurimis probis viris et honestis. Sub anno Domini Millesimo Trecentesimo quadragesimo secundo. Datum et actum feria sexta Quatuor Temporum, Veni et ostende.

~~Ex libro Consistorii Posnaniensis 1717 die 1 Julii f. 1714 ad 1720.~~

Iaroslaus s. Gneznens. eccle. archiepus. 1345 Febr. 14,

Gnezne;

Gniezno. Archiv. Capit. Metropol. Liber privil. ab a. 1459, II, pag. 3 (in fine volum. nova foliatio).

In nomine Domini amen. Noverint universi presentes et posteri ad quorum noticiam devenerit scriptum presens quod nos Iaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus bona nostra et ecclesie nostre informare quantum possumus intendentes hereditatem ecclesie nostre que minor Czerquicza vulgariter appellatur sitam in terra Polonie de consensu nostri Capituli Gneznensis iure Theutonico Culmensi videlicet exposuimus ad locandum mensuralis ibidem sexaginta mansis vendentes Hinconi de Obrowo pro certa pecunie quantitate scolteciam in eadem et dantes sibi et suis liberis ac successoribus legittimis racione locacionis decimum mansum liberum tercium denarium iuramenti et cuiuslibet iudicati, similiter de tabernis pistorys sutorys et macellis que ibidem fuerint informata tercium denarium iure hereditario perpetuo possidenda. Concedimus eciam de nostra gracia speciali quod tam scultetus quam incole ville predicte in lacu Kamona cum hamo vel parvis retibus piscari valeant quantum possunt sed in adventu nostro quantum de piscibus habere poterunt nobis

tribuant

dabunt. Preterea incole hereditatis eiusdem novem annis libertate gaudebunt a solucione census et decime sed revoluto anno presente et insequente proxime et alys annis sequentibus incipient solvere de agris cultis pecuniam iusta estimacionem et quantitatem agrorum sive iugerum competentem. Elapsis vero novem annis libertatis pretacte idem coloni de quolibet manso sedecim scottos Thorunensis monete annis singulis in festo beati Martini ac precise ad diem beati Nicolai racione census et decime nobis et ecclesie nostre perpetuo solvere tenebuntur. Hoc quoque declarando adicimus quod sepedicti incole duos pullos de quolibet manso annis singulis nobis dabunt et duos dies cum eis per nostrum procuratorem mandabitur laborabunt. Insuper declaramus quod scultetus de mansis suis liberis decimam dabit iuxta terre consuetudinem sicut alii sculteti solverint et villani missales rectori ecclesie ubi audiunt divina et percipiunt ecclesiastica sacramenta. Et quoniam iura civitatis Culmensis nobis sunt incognita omnia iura que commodum et utilitatem respiciunt dominorum salva nobis et integra in omnibus reservamus. Ut autem hec nostra ordinacio robur obtineat perpetue firmitatis presens privilegium scribi mandavimus et nostri ac predicti Capituli sigillorum munimine roborari. Actum et datum Gnezne in die beati Vitalis martiris anno Domini ~~mcc~~ mcccxl quinto presentibus honorabilibus viris dominis Iwone preposito Vincencio decano Thomislao cantore. Przedslao archidiacono Hencone custode et Nicolao cancellario et alys fidedignis canonicis Gneznensibus.

2

Kazimirus rex Polon. etc. 1345 Sept. 21, in Bidgostia:

Poznań. Bibl. Raczyńsk. [illegible]
Manuskr. II. H. c. 3, fol. [illegible]

In nomine Domini amen. Ne res gestae coram [illegible] magnifi[illegible]
aboleat [illegible] temporum [illegible] et [illegible]
[illegible] titulus literarum. Proinde nos Kazimirus rex Polonie etc.
recognoscimus universis quod in nostra constitutus presencia [illegible]
[illegible] fidelis noster, Albertus [illegible] palatinus [illegible]
[illegible] cum filio suo Woyecz[illegible] et [illegible] Czantopolkone fratre suo [illegible]
[illegible] hereditatem suam
[illegible] filio suo [illegible] pertinenciis et toto
[illegible] cum omnibus [illegible] pertinenciis et toto
dominio [illegible] quam [illegible] suis proge
[illegible] ibidem
[illegible] ad ne-
[illegible]
[illegible] Czantopolk totam
[illegible] Theodori [illegible]
[illegible] dictam hereditatem [illegible]
[illegible] toto dominio in perpetuum tenendam
habendam [illegible] commutandam vendendam pro [illegible] voluntate [illegible] omnia eorum [illegible] inclinati
nos habentes rata grata atque firma presentibus gratuito confirma-
mus harum testimonio literarum. Datum in Bidgostia die beati
Mathei apostoli et [illegible] anno Domini M. CCC. XL quinto pre-
sentibus [illegible] Bidgostiensi castellano [illegible]
[illegible] Wladi[illegible]
[illegible] Florimo [illegible]

[illegible] et aliis multis [illegible].

Stephanus cum fratre suo Janussio hered. de Sosnycza 1346 Febr. 6, in Calysi

Gniezno. Archiv. Capit. Metrop. Liber privileg. ab a. 1459, II, pag. 84.

In nomine Domini amen. Scripta fidem firmant confirmat pagina verbum falsa putantur que sine teste geruntur et exinde est quod ego Stephanus una cum fratre meo Janussio legittimi heredes de Sosnycza bona deliberacione vendidimus sculteciam in bonis nostris que wlgariter dicitur Gosdzyeszevo pro novem marcis grossorum usualis pecunie iure theutunico locandam secundum quod alie ville iuxta novum forum quod dicitur Szroda sunt elocate videlicet discretis viris Budkoni et Staszkony et ipsorum successoribus legittimis possidendam dantes eisdem quartum dimidium mansum liberum et unam sortem que in polonico dicitur zyelka nyva et unum pratum quod wlgariter nuncupatur circa mecz maczeow. Item damus iam prenominatis et ipsorum successoribus duas liberas tabernas et unum macellum carnium et unum macellum pistrinum et unum macellum sutorum et unum fabrum. Insuper de omni re iudicata heredes habebunt duos denarios et sculteti tercium. Item damus sepedictis scultetis et ipsorum successoribus mellificia apum quod dicitur barcz quantumcunque possunt laborare prout ad ~~scultetiam~~ sculteciam pertinet et eciam venacionem leporum et avium pro ipsorum utilitate. Incole autem eiusdem ville nobis ac nostris progenitoribus racione census omni

anno

anno in festo sancti Martiny unam urnam mellis solvere tenebuntur. Et ydem cmethones singulis annis pro dominio nostro uno die fenum falcabunt insuper et cumulabunt. Ista autem omnia prelibati sculteti videlicet Budco et Staszko ac ipsorum posteriores hereditarie in sola ius novi fori imperpetuum possidebunt. In cuius rei testimonium presentem litteram nostris sigillis fecimus communiri. Datum et actum in Calys feria secunda in crastino beate virginis Agate et martiris sub anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo sexto presentibus his testibus dominis Joanne canonico Wladislaviensi domino Laurencio procuratore de Opathow et Prziblislao de beata Virgine in Calys ac Tomassio sculteto de Bukownycza necnon et Stankone villico de Cursko et alys quam pluribus fidedignis.

9r

Jaroslaus .. Gneznens. eccle. archiepus. 1347 Mart. 29.
Gnezne;

Gniezno. Archiv. Capit. Metrop. Liber privil. a b a. 1459, II, pag. 3v (in fine vol. nova foliatio).

In nomine Domini amen. Noverint universi presentes et posteri ad quorum noticiam devenerit scriptum presens quod nos Jaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus bona nostra et ecclesie nostre informare quantum possumus intendentes hereditatem ecclesie nostre que Plocziecze vulgariter nuncupatur sitam in terra Polonie de consensu nostri Gneznensis Capituli, iure Theutonico Culmensi videlicet exposuimus ad locandum venientes Olbrachio Petri pro certa pecunie quantitate, sculteciam in eadem et dantes sibi et suis liberis ac successoribus legittimis racione locacionis decimum ~~mansum~~ mansum liberum quotquot ibidem mensurati fuerint, tercium denarium, iuramenti et cuiuslibet iudicati similiter de tabernis pistorys sutorys et macellis que ibidem fuerint informata tercium denarium iure hereditario perpetuo possidenda. Propterea incole hereditatis predicte decem annis a solucione census et decime gaudebunt plena et omnimoda libertate. Elapsis vero decem annis

libertatis

iberatis prefate idem coloni de quolibet manso sedecim scotos Thorunensis monete annis singulis in festo beati Martini et precise ad festum beati Nicolai racione census et decime nobis et ecclesie nostre imposterum solvere tenebuntur. Hoc quoque declarando adicimus quod sepedicti incole duos pullos de quolibet manso annis singulis nobis dabunt et duos dies cum eis per nostrum procuratorem mandabitur laborabunt. Insuper declaramus quod scultetus de suis mansis liberis decimam dabit iuxta terre consuetudinem sicut alii sculteti solverunt et villani missalia rectori ecclesie ubi audiunt divina et percipiunt ecclesiastica sacramenta. Et quoniam iura civitatis Culmensis nobis sunt prorsus incognita omnia iura que commodum et utilitatem respiciunt dominorum salva nobis et integra in omnibus reservamus. Ut autem hec nostra ordinacio robur obtineat perpetue firmitatis presens privilegium scribi mandavimus et nostri ac predicti nostri Capituli sigillorum munimine roborari. Actum et datum Gnezne magna quinta feria post Ramos palmarum anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo septimo presentibus honorabilibus viris dominis Iwone preposito Vincencio decano Thomislao cantore Przedslao archidiacono Mathia scolastico et Nicolao cancellario ac alys fidedignis canonicis Gneznensibus.

37

[illegible] Gneznens. archiepus. 1348 Apr. 19, in Gnezna;

(Gniezno. Archiv. Capit. Metrop. Lib. privil. ab a. 1459, II, pag. [illegible] (sine ~~nova~~ volum. nova foliatio).

In nomine Domini amen. Noverint universi presentes et posteri ad quorum noticiam devenerit scriptum presens quod nos Iaroslaus divina providencia sancte ecclesie Gneznensis archiepiscopus bona nostra quantum cum Deo possumus intendentes reformare hereditatem ecclesie nostre Orzel vulgariter nuncupatam sitam in terra Pomeranie de consensu nostri Capituli Gneznensis iure theutonico Culmensi videlicet exposuimus ad locandum vendentes Petro Sdzietrigy pro certa pecunie quantitate sculteciam in eadem et dantes sibi et suis liberis ac successoribus legittimis racione locacionis decimum mansum liberum tercium denarium iuramentorum et cuiuslibet (sic) similiter de tabernis pistoriys sutoriys et macellis que ibidem fuerint informata tercium denarium iure hereditario perpetuo possidenda. Concedimus eciam de nostra gracia speciali quod idem scultetus aut ~~alius~~ aliquis de sua familia quottidianus poterit duntaxat piscari cum hamo vel cum slopnycza et hoc in una czymba. Preterea incole hereditatis eiusdem octo annis a data presencium

gaudebunt

gaudebunt a solucione census et decime libertate ita tamen quod durante libertate eadem solvent nobis de quolibet iugere quod dicitur in wlgari morge sedecim denarios usuales. Elapsis vero annis libertatis prefacte idem (sic) coloni de quolibet manso sedecim scottos Thorunensis monete et duos pullos de quolibet manso annis singulis in festo beati Martini vel precise ad diem beati Nicolai racione census et decime nobis et ecclesie nostre perpetuo solvere tenebuntur. Insuper duobus diebus ad mandatum nostri procuratoris anno quolibet nobis laborabunt in alys tamen eidem sculteto prout se facultas obtulerit erimus generosi hoc tamen specialiter duximus declarandum quod memoratus scultetus de suis mansis liberis decimam dabit iuxta terre consuetudinem sicut aly sculteti solverint et villani missales rectori ecclesie ubi audient divina et percipient ecclesiastica sacramenta. Et quoniam iura civitatis Culmensis nobis sunt prorsus incognita omnia iura que commodum et utilitatem respiciunt dominorum salva nobis et integra in omnibus reservamus. Ut autem hec nostra ordinacio robur obtineat perpetue firmitatis presens privilegium scribi fecimus et sigillorum appensione nostri predictique Capituli nostri muniri. Actum et datum in Zneyna in vigilia Pasce anno Domini M tricentesimo quadragesimo octavo presentibus honorabilibus viris dominis Iwone preposito et Thomislao cantore Przeczslao archidiacono Kyelczone custode et Nicolao cancellario ac alys fidedignis canonicis Gnesnensibus.

Iwanus preposit. Gneznens. 1348 Apr. 23, Gnezne;

Gniezno. Arch. Cap. Metropol. Liber privil. ab a. 1459(?), pag. 39r.

In nomine domini amen. Quoniam ea que geruntur in tempore digna memoria cum decursu labentium temporum oblivionis interitum transeunt et tabe sunt nisi autenticarum scripturarum et subscriptione testium ad perpetuam rei memoriam rite et racionabiliter fuerint perhennata, proinde nos Iwanus prepositus Gneznensis cum bona deliberacione et voluntate pariter et consensu fratrum nostrorum scilicet Capituli eiusdem ecclesie Gneznensis villam nostram Zlothkowo, vulgariter nuncupatam, sitam in terra Cbarz Paulo filio Michaelis bone memorie de Slupcza ad locandum exposuimus iure Theutunico quod est et servatur in Srzoda Slesie vel unde
? ius illud noscitur processisse primo siquidem ~~imo eidem que~~ vendimus et damus eidem Paulo et suis legitimis successoribus racione locacionis scolteciam ibidem adiungentes eidem scoltecie quatuor mansos tabernam macellum pistrinum calciperiam domum fabrilem libera et exempta et protestamur quod pro nobis et nostris successoribus tabernam et aliam pro ecclesia ibidem in Zlothkowo reservamus. Quotquot autem ibidem ortos locaverit nobis duo cedent et pro se et suis successoribus tercium retinebit. De iudiciis vero tercium denarium recipiet cuiuslibet iudicati. Damus insuper colo-

nis

nis ibidem duodecim annis absolucionis census et decima (sic) omnimodam libertatem exceptis agris antiquis de quibus durante libertate decimam nobis solvent manipularem qua libertate elapsa nobis pro censu quatuor mensuras tritici quatuor mensuras siliginis quatuor mensuras avene et fertonem usualis monete in festo beati Martini annis singulis de quolibet manso solubili solvere tenebuntur. Et quoniam iura predicte civitatis nobis sunt incognita protestamur quod scultetus cum villanis prefate ville nostre ad omnia iura predicte civitatis nobis teneantur et sint astricti ut alie ville ecclesie supradicte Gnesnensis
X ad omnia que respiciunt ~~fabulitatem~~ facultatem (?) utilitatem comodum et honorem dominorum. In cuius rei testimonium ad evidenciam clariorem nostrorum sigillorum munimine presens privilegium fecimus roborari. Actum et datum Gnezne in die beati Adalberti martiris et pontificis anno Domini millesimo CCCXL octavo presentibus honorabilibus viris dominis Vincencio decano Thomislao cantore Predslao archidiacono Mathia scolastico Pelczone custode Gnesnensibus et alys X quam plurimis fide dignis.

Jaroslaus s. Gneznens. eccle. archiepus. 1349 Jun. 30, in Lovicz

Gniezno. Archiv. Capit. Metrop. Liber privil. ab a. 1459, II, pag. 129 v.

In nomine Domini amen. Ne ea que aguntur in tempore simul cum decursu temporis evanescant sapientum decrevit auctoritas facta mortalium presencia scripti serie cum annotacione testium commendare noticie futurorum. Proinde nos Jaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus notum facimus universis presentibus et futuris presentes litteras inspecturis quod cupientes bona nostra et ecclesie nostre quantum permittente Domino possumus in melius reformare villam seu hereditatem nostram et nostre ecclesie Gorziszevo vulgariter dictam sitam in districtu Gneznensi prope Wyrzecziszewo iure theuthonico scilicet novi fori sub ratihabicione fratrum nostrorum Gneznensis Capituli exposuimus ad locandum vendentes Hanconi dicto Fluk pro certa summa pecunie solteciam in eadem et dantes eidem sollteto et suis liberis ac successoribus legittimis racione locacionis et nomine eiusdem soltecie duos mansos liberos terciam partem sive tercium denarium tabernarum ortorum fabrorum et aliorum artificium ac eciam de bancis sutorum et pistorum et carnificum necnon iuramentorum et cuiuslibet iudicati. Preterea incolis qui se in eadem villa seu hereditate locaverint a solucione census et decime duntaxat de agris extirpandis sex annis a data presencium computandis plenam concedimus libertatem infra quos annos libertatis prefati incole de agris extir-

patis

patis seu ad cultivam redactis decimam nobis et ecclesie nostre, solvent manipulatim in campis. Expiratis autem annis libertatis eiusdem iidem coloni racione census et decime de manso quolibet aut decem et octo scotos usualis monete aut maldratam triplicis frumenti modium videlicet tritici modium siliginis et modium avene ac fertonem eiusdem monete prout maluerint nobis et nostris successoribus annis singulis perpetuo solvere tenebuntur et sicut primo anno evoluta libertate predicta decreverint ita annis singulis perpetuo sint astricti solvere. Ipse vero scultetus et sui successores decimam aut racione decime tres scotos usualis pagamenti de suo manso quolibet rectori ecclesie ubi divina audiet et sacramenta ecclesiastica percipiet volumus ut assignet. Et quoniam iura predicta fori seu civitatis Srzoda nobis sint prorsus incognita omnia iura que commodum et utilitatem respiciunt dominorum salva nobis et integra reservamus. In cuius rei testimonium nostrum et prefati Capituli nostri sigilla presentibus duximus appendenda. Actum et datum in Lovicz in die Commemoracionis beati Pauli anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo nono presentibus honorabilibus viris dominis Vincencio decano Preczslao archidiacono Gnesnensibus Nicolao archidiacono Ioanne custode Lanciciensibus Swyanto Pelcone canonico Wratislaviensi et Hancone tesaurario nostro ac alys pluribus fidedignis.

185

Jaroslaus s. Gneznens. eccles. archiepus 1350 Apr. 26. Gnezne;

Posnani. Königl. Staatsarch. Klassifications Anschläge des Kreis amtes Mogilno, Vol. 2, f. 352.

In nomine Domini amen. Quoniam facta hominum mortalium ex lapsu temporis a memoria humana facile dilabuntur et in oblivionis deducuntur abissum provida sapientum decrevit auctoritas ea literarum serie cum subscripcione testium posterorum noticie commendare. Proinde nos Jaroslaus divina providencia sancte ecclesie Gneznensis archiepiscopus notum esse volumus universis tam presentibus quam futuris ad quorum noticiam devenerit presens scriptum quia intendentes civitatem nostram que in vulgari Znena dicitur quantum adiuvante Domino possumus informare locationem ipsius nullatenus inmutando sed quemadmodum iure Sredensi locata existit ita ipsam eo iure prout posset melius exponimus ad locandum. Quia vero eadem advocacia in duabus partibus per redempcionem certe pecunie ad nos est legittime devoluta nos ne ipsa civitas careret gubernatore legittimo advocaciam fideli nostro Maneyskoni de Zarnow considerati ipsius fidelibus serviciis nobis exhibitis et in posterum exhibendis vendidimus pro certa pecunie quantitate. Dantes eidem de consensu fratrum nostrorum Gneznensis Capituli eadem iura que alias advocati obtinent videlicet sex mansos liberos iusta civitatem et duas areas in civitate quas eciam advocati obtinebant quatuor hortos eciam liberos extra civitatem medietatem de balneo tercium denarium de cameris pannorum institorum mercatorum textorum de bancis carnificum sutorum fabrorum panes pisces et sal vendencium et aliarum quarumcunque camerarum sive locorum

privatorum quibus exerceri communiter consueverant merces nec non iuramentorum et cuiuslibet iudicati per eundem Manegslonem et suos liberos aut successores legittimos iure hereditario ~~legittime~~ perpetuo possidenda. tercia parte antique advocatitie que ex premissis omnibus derivari poterit specialiter reservata. Conferimus eciam eidem Manegsloni et suis liberis aut successoribus legittimis ius piscandi in lacu nostro qui Gaple dicitur cum retibus estivalibus maior excepto ad mensam suam per suos tantummodo piscatores. Item concedimus quod prefatus advocatus et sui liberi oves suas et pecora cum voluerint possint pascere in campis civitatis prefacte extra gregem civitatis sine preiudicio tamen cuiuscunque incole vero seu colonis civitatis eiusdem de mansis singulis quotquot fuerint malidentem triplicem frumenti modium videlicet tritici modium siliginis et modium avene ad mensuram Gneznensem ac fertonem argenti iuxta consuetudinem terre Gneznensis annis singulis in festo sancti Martini racione census et decime nobis et successoribus nostris perpetuo solvere tenebuntur. Adiungimus insuper civitati predicte omnes hortos et areas circa ecclesiam sancte Marie cum ~~et~~ pascuis palud protendentes de civitate ad sinistram partem a via que ducit in Gora usque ad antiquum fluvium Sandawa prout hec civitas antiquitus obtinuit et possedit excepto duabus insulis que sunt circa grodzisczo quas pro nostris usibus reservamus. Et quoniam iura civitatis Srzoda nobis prorsus sunt ignota omnia iura que commodum et utilitatem respiciant dominorum salva nobis et integra reservamus. In quorum testimonium et evidenciam pleniorem presens privilegium prefato advocato scribi mandavimus et nostri et predicti Capituli nostri sigillorum munimine roboravimus. Actum et datum Gnezne in crastino sancti Marci ewangeliste anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Vincentio decano Przeslao archidiacono Belzone scolastico Nicolao cancellario Petro Martino Sandziwogio et Stanislao canonicis Gneznensis ecclesie et aliis pluribus fidedignis. Per manus Johannis vicecancellarii curie nostre.

106. 41

Iaroslaus s. eccle. Gneznens. archiepus. 1350 Apr. 26, Gnezne;

111

Gniezno. Archiv. Capit. Metrop. Liber privil. ab a. 1459, II, pag. 135v.

In nomine Domini amen. Quoniam facta hominum mortalium ~~cum~~ et lapsu temporis a memoria humana facile dilabuntur et in oblivionis deducuntur abusum provida sapientum decrevit auctoritas ea litterarum serie cum subscripcione testium posterorum noticie commendare. Proinde nos Iaroslaus divina providencia sancte ecclesie Gneznensis archiepiscopus notum esse volumus universis tam presentibus quam futuris ad quorum noticiam devenerit scriptum presens quia intendentes civitatem nostram que in wlgari Znena dicitur quantum adiuvante Domino possumus informare locacionem ipsius nullatenus immutantes sed quemadmodum iure Sredensi locata exstitit ita ipsam eo iure prout possit melius exponimus ad locandum. Quia vero eadem advocacia in duabus partibus per redempcionem certe pecunie ad nos est legittime devoluta nos ne ipsa civitas careret gubernatore legittimo advocaciam fideli nostro Manczeloni de Zarnow consideratis ipsius fidelibus serviciis nobis exhibitis et imposterum exhibendis vendidimus pro certa pecunie quantitate dantes eidem de consensu fratrum nostrorum Gneznensis Capituli eadem iura que alias advocati obtinebant videlicet sex mansos liberos iuxta ~~civi~~ civitatem et duas areas in civitate quas ~~ceteri~~ eciam advocati obtinebant quatuor ortos eciam liberos

extra

extra civitatem medietatem de balneo tercium denarium
de cameris pannorum institorum mercatorum
textorum de bancis carnificum sutorum fabrorum
panes pisces et sal vendencium ac aliarum quarum-
cunque camerarum sive locorum privatorum in qui-
bus exerceri communiter consueverunt merces necnon
juramentorum et cuiuslibet judicati per eundem
Manczlonem et suos liberos aut successores le-
gittimos iure hereditario perpetuo possidenda
tercia parte utique advocalisse que ex ~~cum pre-~~
premissis omnibus derivari poterit specialiter
reservata. Conferimus eciam eidem Manczloni
et suis liberis aut successoribus legittimis
ius piscandi in lacu nostro qui Czaple dicitur
cum retibus estivalibus, mrzost excepto
ad mensam suam (~~nostram~~ per duos tantummodo
piscatores. Item concedimus quod prefatus advoca-
tus et sui liberi oves suas et pecora quum volue-
rint possint pascere in campis civitatis predicte
extra gregem civium sine preiudicio tamen cuius-
cunque. Incole vero seu coloni civitatis eiusdem de
mansis singulis quotquot fuerint maldratam tripli-
cis frumenti, modium videlicet tritici, modium sili-
ginis et modium avene ad mensuram Gneznensem
ac fertonem argenti iuxta consuetudinem terre
Gneznensis annis singulis in festo beati Martini
racione census et decime nobis et successoribus
nostris perpetuo solvere tenebuntur. Adiungimus
insuper civitati predicte omnes ortos et areas
circa ecclesiam sancte Marie et pascuis paludem
protendentem de civitate ad sinistram partem a via
que ducit in Goram usque ad antiquum fluvium
Ganzavam prout hec civitas antiquitus

obtinuit

obtinuit et possedit exceptis duabus insulis que sunt circa grodzisczе quas pro nostris usibus reservavimus. Et quoniam iura ~~iura~~ civitatis Sroda nobis prorsus sunt incognita omnia iura que commodum et utilitatem respiciunt dominorum salva nobis et integra reservamus. In quorum testimonium et evidenciam pleniorem presens privilegium prefato advocato scribi mandavimus et ~~et~~, nostri et predicti Capituli nostri sigillorum munimine roboravimus. Actum et Datum Gnezne in crastino beati Marci evangeliste anno Domini ~~mi~~ M. tricentesimo quinquagesimo presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Vincencio decano Preczslao archidiacono Cyelczone scolastico Nicolao cancellario Petro Martino Sandzivogio et Stanislao canonicis Gneznensibus et alys pluribus fidedignis. Per manus Ioannis vicecancellarii curie nostre.

Mathias episc. Wladislav. 135[illegible] Jul. 2, in Raczans;

In nomine Domini. amen. Ne ea que aguntur in tempore per lapsum temporis a memoria dilabantur scripturarum testimonio perhennantur. Inde est quod nos Mathias divina providencia ecclesie Wladislaviens. episcopus cupientes ut rei geste inter nos et Capitulum nostrum Wladislaviense ex una parte et discretos viros Venceslaum et Andream fratres germanos scoltetos de Sporwize ville parochialis ecclesie s. Marie civitatis Juvenis Wladislavie parte ex altera apud posteros memoria plenior habeatur notum facimus universis presentes literas inspecturis quod discretus vir dominus Nicolaus rector eiusdem ecclesie pro tunc existens qui nomine predicte ecclesie parochialis s. Marie in dicta civitate Juvenis Wladislav eandem villam tenet intendens melioracioni bonorum ville predicte de voluntate et consensu nostro et Capituli Wladislaviensis prefatam villam Sporwize prenotatis scoltetis ad mansos flamingicos iure Magdeburgensi prout in terra Culmensi tenetur exponit ad locandum ita videlicet quod predicti scolteti Venczslaus et Andreas scolteciam ibidem continentem duos mansos liberos a censu

tantum sed non a decima que ad eundem rectorem ecclesie et suos successores pertinet consuetudine ex antiqua iure hereditario et ~~eorum~~ ipsorum posteri pacifice possidebunt. Incole vero ville predicte racione census in festo b. Martini predicto domino Nicolao et suis successoribus quatuordecim scotos monete Thorunensis singulis annis et duos pullos solvere tenebuntur, solvent eciam seu dabunt decimam in campo tempore suo sed non decimam lini quam in consium predicti sculteti et ipsorum posteri exigent et colligent et domino predicto Nicolao et suis successoribus fideliter et integraliter presentabunt. Judicabunt eciam predicti sculteti et ipsorum posteri omnes causas magnas et parvas iure Maydburgensi sine nuncio predicti domini Nicolai ad hoc misso secundum quod limites ville eiusdem protenduntur. De iudicatis vero sepedictus dnus. Nicolaus et sui successores duos denarios sculteti vero predicti et ipsorum posteri tercium denarium recipient. Pro tribus eciam prandiis ad tria colloquia seu iudicia facientis dimidiam marcam in festo Purificacionis scultetus quatuor et incole octo scotos singulis

annis solvere domino predicto tenebuntur. Damus insuper dictis scoltetis et ipsorum posteris unam thabernam liberam. Volumus insuper quod dicti scolteti nulli scolteciam vendant vel obligent in toto vel in parte nobis et predicto domino Nicolao irrequisitis. Ceterum volumus etiam quod scolteti et incole ville predicte iura servicia peticiones et honores dicto Dno. Nicolao et suis successoribus prout ius Maydburgense requirit debeant exhibere. In cuius rei testimonium nostrum et Capituli sigillorum nostri communimine predicti Wladislaviensis presentes fecimus roborari. Datum et actum in Raczens in die ss. Processi et Martiniani anno Dni. millesimo trecentesimo quinquagesimo primo presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Ebirhardo preposito Dersio scolastico Stanislao archidiacono Borzislao cantore Johanne custode Wladislaviensibus, Caadiversio cantore et alio Caadiversio Cruschwiciensi custode et aliis quam plurimis fidedignis.

Gniezno. Arch. Consistor. archiepisc. Acta a. 1437.

Clemens abbas monasterii Lubinensis 1354 s. d. et l.;

In nomine Domini amen. Noverint universi presentem litte-
rum inspecturi, quod nos Clemens divina paciencia abbas
monasterii Lubinensis una cum conventu fratrum
nostrorum bona deliberacione intuentes fidelium servicia
dicti servitoris nostri Michaelis que nobis multipli-
citer exibuit, terciam partem molendini nostri
pr. pater? 21 Zyelasno cum omni iure quo ~~possessor~~ pater suus ~~[illegible]~~
Żelazno| ~~[illegible]~~ habuit sibi et suis legitimis successoribus
conferimus inperpetuum possidendam tali tamen
ordinacione interposita, quod prefatus Michael
dictus Myerzonka et sui posteri ad omnes labores
qui ad molendinum pertinent suum tercium
denarium apponere debet et nobis pro curia
nostra quantum necesse vel fuerit oportunum
et absque mensura que in polonico myara di-
citur molere debet. Cuius quidem littera privilegii
fuit data sub anno Domini 1354 coram
testibus fide dignis.

115

Albertus epus. Poznan. 1354 Aug. 16. Posnanie.

Gniezno. Arch. Consistor. archiepisc. Acta [illegible] a. 1585.

In nomine Domini amen. Noverint universi presencium noticiam habituri quod nos Albertus Divina et apostolice Sedis providencia episcopus Posnaniensis ecclesie ex devocionis affectu quem habemus ad monasterium in Lekna ordinis fratrum [illegible] ab antiquo tamquam patronus et heres eiusdem [illegible] eorum laborum divinas laudes in salutem fidelium [illegible] cupientes idem monasterio et conventui ipsius [illegible] et consensu fratrum nostrorum Posnaniensis videlicet capituli decimas infrascriptas mense nostre prout [illegible] percipiuntur videlicet in Golancze Wrozyczye in [illegible] in Wonosze in Kaliszani in Stzalkowo et in [illegible] [illegible] presentibus ascribimus eidem monasterio et conventui perpetuis temporibus

habendas tenendas et pacifice possidendas. In cuius rei testimonium nostrum et predicti nostri capituli sigilla presentibus duximus appendenda. Actum et datum Posnanie in crastino Assumpcionis sancte Marie anno Domini millesimo CCC. L IIII presentibus honorabilibus viris dominis Troyano preposito, Bogufalo decano, [illegible]lico scolastico, Andrea archidiacono, Johanne custode, [illegible] archidiacono Damiano cancellario, Nicolao Gebulta, Nasone procuratoris [illegible] et Nicolao preposito [illegible], canonicis Posnaniensibus, et aliis pluribus fide dignis.

—

Dersko de Vygzenscke 1354 Dec. 7, s. l.:

Auitquit [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible],
[illegible] [illegible]ati, [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible]
in [illegible] castellanus [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] fratribus [illegible]
[illegible] a [illegible] [illegible] [illegible] emulis informatus
in [illegible] [illegible] singulis annis [illegible]
tractum michi et castro in Kiablow vendicavi. [illegible],
e converso
ego [illegible] seniorum circummorantium timorem Dei amantium (minctium) monitus et
instructus noticia maxime vero de singulari mandato domini
regis et capitanei huius territorii [illegible] facto
[illegible] [illegible] [illegible] tractum [illegible]
~~[illegible]~~ [illegible] [illegible] Divine tractum antedictum
[illegible] sibus domino abbati predicti monasterii et [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nunquam
in [illegible] [illegible]m. Datum anno Domini millesimo trecen-
tesimo [illegible] in crastino beati Nicolai episcopi.
[illegible] tech. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible]

115.

Vincentius prepositꝰ et canonicus Gneznensis. 1355 Apr. 24, Gnezna;

Gniezno. Arch. Capit. Metrop. Visitatio bonorum pag. 70.
; Lib. privil. ab a. 1459 I, 44?.

In nomine Domini amen. Noverint universi presencium noticiam habituri qui (sic) nos Vincencius prepositus et Gneznensis canonicus cupientes bona ecclesie ut tenemur pro viribus informare hereditatem Capituli Gneznensis ecclesie Goszyczyno vulgariter nuncupatam iacentem in terra Gneznensi nobis concessam ad tempora vite nostre de consensu et voluntate dominorum prepositi et capituli ecclesie Gneznensis iure theutonico Sredensi videlicet exposuimus ad locandum vendentes Nicolao Pancheraly pro certa pecunia sculteciam eandem et dantes sibi et suis liberis ac successoribus legittimis nomine eiusdem sculteciе duos mansos liberos tabernam liberam, reservatis pro nobis in aliis tabernis tercium denarium iuramenti et cuiuslibet iudicati similiter de ortulanis carnificibus et sutoribus vel aliis artificibus nos et nostri successores percipiemus duos denarios et scultetis tercium denarium deputamus iure hereditario perpetue possidenda dedimus. Vendimus eciam in nostra merica tam de glandinibus quam de lignis reservatis (sic) pro nobis et successoribus nostris duos denarios, scultetus vero et sui pueri legittimi tercium denarium obtinebit. Adicimus quod postquam structura facta fuerit pro nobis de incisione arborum que grody vulgariter appellantur pro venacionibus faciendis dictus scultetus possit facere ad usum suum eciam structuram ubi sibi per nos locus fuerit deputatus hoc tamen adiecto quod idem scultetus de his que venatus fuerit quartam partem nobis et successoribus nostris tenebitur presentare.

Insuper

Insuper racione trium conciliorum generalium conve^niey^ntium (sic)
infra annum ipse scultetus cum villanis tria nobis et
nostris successoribus prandia anno quolibet parabunt vel pro
quolibet prandio quattuor scotos usualis monete persolvent.
Preterea incolis locatis et locandis in hereditate predicta octo
annis a solucione decime sed duodecim annos a solucione census mo-
netariam concedimus libertatem. Itaque exspiratis octo annis liberta-
tis eiusdem solvent nobis decimam manipulatim in campis ara-
bilis pro residuis quatuor annis dicti coloni decimam in cam-
pis ex integro ac fertonem argenti usualis monete sicut aliarum
villarum convenientium incole solvere consueverunt in festo sancti
Martini de quolibet manso annis singulis racione census nobis et
successoribus nostris perpetue solvere tenebuntur, de pratis vero
ita deposuimus quod electo primitus pro nobis prato residua
prata inter scultetum et villanos ad mensuram censuimus
dividenda qui quidem coloni hereditatis predicte in agris eorum
infra mensuram arbores pro quibus solare valeant ex-
cidere ipsis concedimus facultatem et quoniam iura Sredensia
nobis omnia sunt incognita omnia iura que commodum et uti-
litatem respiciunt dominorum salva nobis et nostris successoribus
reservamus. In quorum testimonium nostrum et dicti Capitu-
li Gneznensis sigilla in privilegio sunt appensa.
Datum et actum Gnezne in crastino beati Adalberti
gloriosi martiris anno Domini millesimo trecen-
tesimo quinquagesimo quinto presentibus nobilibus
viris dominis Grimislao de Ryszewo domino
Naczeslao Iunele de Kurazkewo Petro sculteto de Rysze-
wo Nicolao sculteto de Budzyeslawicze sculteto
Ioanne de Brzezyszkewo, Tinolido cive de Gnezna
et aliis viris pluribus dignis.

Jaroslaus archiepisc. Gnezn. 1356 Oct. 23 in Queitskow.

49

In nomine Domini amen. Ad noticiam universorum presentibus declaramus quod nos Jaroslaus divina providencia s. Gnezn. ecclesie archiepiscopus ad presentacionem nobilis domine Ofka karadis de Maiori Skrzin discretum virum Salkonem presencium exhibitorem rectorem ecclesie de Jwena racione permutacionis habende pro ecclesia in Skrzin Maiori cum Jacobo rectore ecclesie ibidem de Skrzin ipsum de eadem ecclesia presencialiter coram nobis constitutum anulo nostro ipsum Salconem de ipsa ecclesia in Skrzin Maiori duximus investiendum et ipsum presentibus investimus salvo iure cuiuslibet alterius curam spiritualium et temporalium requirens atque animarum dicto Jacobo in predicta ecclesia Skrzin Maiori tamquam pastori committentes legitimo. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Queitskowo in die s. Severi confessoris anno Dni. millesimo CCC quinquagesimo sexto.

Gniezno. Arch. Consistor. archiepisk. – [illegible]

128

<u>Kazimirus rex Polon.</u> etc. 1359 ~~fer. 5 p. Convers. b. Pauli~~ Jan. 31 in Konyn;

Gniezno. Arch. Consistor. archiepisc. Acta d. a. 1457.

In nomine Domini amen. Cum omnes comutaciones vendiciones et contractus qualescunque nullum robur firmitatis valeant obtinere nisi solempni titulo literarum et testium annotacione fuerint roborate igitur nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie nec non Cracovie Sandomirie Lancicie Syradie Cuiavie Pomoranieque terrarum dominus et heres notum facimus universis presencium noticiam habituris quod cupientes fructus et proventus regni nostri ampliare providenciam et solerciam providi viri Wylhelmi civis nostri Syradiensis considerantes eximie eidem Wylhelmo advocaciam nostram in civitate nostra dicta Conyn videlicet medietatem macellorum carnium medietatem mensarum panum atque medietatem mensarum sutorum medietatem balnei que quidem

omnia supradicta videlicet mensas et balneum ipse
Wylhelmus et sui successores cum nostro et successorum
nostrorum provisore per medium suis sump-
tibus temporibus opportunis reedificabunt. Habebit
etiam domum cum area ibidem duos mansos iberos
tercium dimidium de iudicio provenientem unum pis-
catorem liberum pro mensa sua cui licitum erit pis-
cari in aquis ad huiusmodi civitatem pertinentibus.
Molendinum nostrum in antiqua civitate simili
nomine vocitata possidebit ad quod molendinum eciam
in loco vicinori et rubeta atque edificia pro aggere
piscine et pro molendino in silva nostra excidet
condicet et ad usus molendini convertet.
In piscina vero ipsius molendini pro mensa nostra
pisces piscabuntur et pro nostris successoribus quo-
ciescunque fuerit necessarium vel opportunum. Alia
omnia que dictus advocatus et sui successores propri-
is laboribus ad utilitatem huiusmodi advocacie fa-
cient et informabunt de hoc ipse et sui successores

medietatem habebunt et pacifice perpetuis tempori-
bus possidebunt cum omnibus fructibus et proventibus
universis ad ipsam advocaciam spectantibus taliter ta-
men quod prelibato Wilhelmo et suis progenitis
pro sculteria in villa dicta Langhirovo in terra Sy-
radiensi sita quam hactenus obtinebat et ad hec
recipientes ab eo quinquaginta marcas grossorum
Pragensium Polonicalis numeri quadraginta octo gros-
sos marca pro qualibet computando titulo commuta-
cionis dedimus vendidimus et libere resignavimus sibi
suisque successoribus legitimis perpetuo habendam
tenendam donandam vendendam commutandam nec
non pro sua successorumque posterorum voluntate
convertendam hoc tamen adiecto quod dictus
Wylhelmus et sui successores legitimi racione hu-
iusmodi advocacie in equo octo marcarum panceriati
[illegible] cum balista nobis et nostris successoribus
ad omnem expedicionem nostram [illegible]

quociescunque fuerit edicta sieque forensi proclamata. In cuius rei testimonium et evidenciam p'enio-rem sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum in Conyn in loco supradicto feria [illegible] Conversionem beati Pauli anno Domini M. CCC. LIX presentibus domino Floriano cancellario nostro Lanci-ciensi Ołebda castellano et capitaneo Luca ubpincerna [illegible] nec non Virbyata Polonie Preiborio Ingavie Dzierzko Lancicie capitaneis et aliis pluribus fide dignis.

Correctum et [illegible] auscultatum per me Iohannem notarium actorum tunc aeticaudo^[cum] et original[i] ipsi Brzostoni advocato restitutum.)

Kazimirus rex Polon. etc. 1359 Febr. 3, in Gneina;

[illegible] Bibl. [illegible] coenobii [illegible] II. H. c. 5. fol. 147.

[illegible] cum omni bono operi [illegible] es debeat [illegible] audam [illegible] fructos redditus matris Ecc[illegible] [illegible] Kazimirus Dei gracia rex [illegible] Syrachie [illegible] consideratis et inspectis [illegible] Johan[illegible] fratibus [illegible] recompensa[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Corona [illegible] thezos [illegible] omnibus iudiciis [illegible] Corona [illegible] Corona [illegible]

[illegible] [illegible] nisi coram suo Domino abbate aut coram
[illegible] nostram nostro sigillo munitam evocatus
[illegible] iure Maydenburgensi tenebitur
respondere volentes [illegible] ut cives predicte ci-
vitatis Corona nec non incole predictarum villarum iure pleno Theu-
[illegible] et [illegible] temporibus [illegible]
[illegible] ius [illegible] et tebandulis [illegible]
[illegible] opportunis. De gracia itaque nostre regie maiestatis speciali
[illegible] Gneina [illegible] in omni [illegible] que prius Lachow no-
[illegible] contradictione
[illegible] non obstante. [illegible]
[illegible] qualitatem cuius-
[illegible] et [illegible]
[illegible] sigillum nostrum pre-
[illegible] in Gneina in [illegible]
[illegible] beate Marie virginis anno Domini M.CCC.xl.X [illegible]
[illegible] Domino [illegible] Archiepiscopo [illegible] Domino
[illegible] Ingnenti [illegible]
[illegible] Adam
[illegible] pluribus fide dignis. Datum per
[illegible]

———

Pyzdry. a. 1360. d. 28 m Octobris. 52

Casimirus rex Poloniae Martino Blyska- Ks. M. 46
-wica scultetiam villae Krzywagóra 72 sq.
donat.

1360. Confir. privil. sup villam Krzywagora
in terra Posnaniens.

In nomine Domini Amen. Noverint universi ad quorum noticiam presens litera dirigetur quod Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Pomeranie dominus et heres Russie Volentes melioracionem nostri Regni habere vendidimus scultetiam in villa nostra Kriwagora vulgariter nuncupata pro quadraginta marcas grossorum Pragensium numeri polonicales novi fori de iure Polonico in ius Theutonicum collocandam Ahoc provido viro Martino cognominato Blyskawyeza nostro fideli non in tantum pro pecunijs sed causa ipsius puri servicij, que nobis multipliciter impendit et in posterum impendet suisque successoribus legitimis perpetue possidendam. Adiungentes eidem scultecie quatuor mansos pariter iacentes. Tercium denarium de qualibet re indicata sive non indicata Pistrinam, Calaprem Macellum, fabricam duas tabernas ita quod nostra Majestas Regia aut nostri Capitanej vel procuratoris nullam aliam tabernam ibidem collocare licebunt. Habebit eciam prefatus Martinus Blyskawyeza et sui successores legitimi quinque centa ovium et iumenta indomita lepores cum subcinctis et niso quisculas venari vel alias aves in tota hereditate circumferencialiter situata. Eciam predictus Martinus suique posteriores legitimi potest habere et construere unum vel molendina ventosa ibidem in Krivagora ubicunque sibi placebit ipsa collocare. Eciam si tabernatores ortulani vel alij omnes homines super ipsius scultetiam existentes in pena aliqua fuerint Tunc non aliter nisi predictus Martinus et sui successores

easdem penas tam magnas quam parvas tollere debet. Eciam dictus Martinus Blyszawycza aut sui posteriores pro omni causa magna vel parva non alio iure nisi iure Theutonico ibidem in Krziwagora respondere debet. Eciam dictus Martinus Oborzne vulgariter dicendo integraliter pro se reservabit. Et circa hoc prenominatus Martinus suique successores legittimi plenam et omnimodam libertatem in predicta sculteccia habebit Cum iuribus proventibus ac aliis omnibus continenciis ad eandem sculteciam pertinentibus. Dantes et absolventes eum suosque posteriores legitimos ab omnibus solucionibus, laboribus angariis et perangariis ac aliis universis serviciis nisi tantum quando nostra Maiestas Regia personaliter ad eandem hereditatem nostram venerit. Tunc predictus Scultetus et sui posteriores nisi de granicijs dicte hereditatis conducere debebit. Damus eciam iam dicto Martino sueque posteritati eedem sculteccie plenam potestatem vendendj donandj commutandj et ad usus beneplacitos prout sibi melius videbitur convertendj. Conferimus eciam omnibus et singulis ab ipso die quo quis eorum ad residendum ibidem incolarum supervenerit octo annos continue sequentes plenam et omnimodam libertatem. Elapsa vero libertate singulis annis in festo Beati Martini Confessoris de quolibet manso unam marcam grossorum et pro decima tres scotos solvere tenebuntur. Eciam tota communitas ville in festo Pasce parvam tardi pro fertone de quolibet manso mediam sexagenam

crovorum et pro Adventu nostro Majestatis
duos pullos singulis annis solvent. Eciam dicta
communitas ville duo Judicia generatia quolibet
unum fertonem et scultetus cum suis sequacibus
pro tercio unum Talentum piperis solvere teneantur.
Alia vero servicia soluciones necnon labores predicti
kmethones non exercebunt. nisi de beneplacito
cum fuerint petiti. In Cuius rei testimonium
sigillum nostrum est appensum. Actum et datum
in Ziszdre in die Simonis et iude. Anno Domini
MCCCLX presentibus testibus Ioanne Episcopo posna-
niensi, przeclao Palatino Calisiensi parzkone
Castellano Gneznensi Vincencio Castellano Sremensi
Adam Succamerario Calisiensi et aliis quam
pluribus fidedignis.

Craco. intra octav. Nativit. gloriosissi Virginis
Marie domine nstr. die dominico. 1531.

Kazimirus rex Polon. etc. 1360 Oct. 28 in Pysdri;

Transsumpt potwierdzony przez Sigismundus rex Polon. etc. 1531 Sept. 10, Cracoviae.
Kopiar, Königl. Staatsarchiv. Lib. capitanealis distr. Pysdr. d. a. 1552, f. 506.

In nomine Domini amen. Noverint universi ad quorum notitiam presens litera dirigetur quod nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie Cracovie Sendomirie Syradie Lancicie Cujavie Pomeranieque dominus et heres Russie volentes melioracionem nostri regni habere vendidimus sculteciam in villa nostra Krzywagora vulgariter nuncupata pro quadraginta marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis Novifori de iure Polonico in ius Theutonicum collocandam et hoc provido viro Martino cognominato Blyszkavycza nostro fideli non tantum pro pecuniis sed causa ipsius puri servicii quod nobis multipliciter inpendit et in posterum inpendet suisque successoribus legittimis perpetuo possidendam adiungentes eidem scultecie quatuor mansos pariter iacentes tercium denarium de re qualibet iudicata sive non iudicata pistrinam calcipariam macellum sutorum duas tabernas ita quod nostra regia maiestas aut nostri capitanei vel procuratores nullam aliam tabernam ibidem collocare liceant. Habebit eciam prefatus noster Bliszkavycza et sui successores legittimi quinque centum ovium et iumenta indomita lepores cum subcinctis et rico quiscutos venari vel alias aves in tota hereditate

circumferencialiter situata. Eciam predictus Martinus suique posteriores legittimi possunt habere et construere unum vel duo molendina ventosa ibidem in Krzywagora ubicunque sibi placebit ipsa collocare. Eciam si tabernatores ortulani vel alii omnes homines super ipsius sculteciam existentes in pena aliqua fuerint tunc non debet nisi predictus Martinus et sui successores easdem penas tam magnas quam parvas tollere debet. Eciam prefatus Martinus Bliszkavysza aut sui posteriores pro omni causa magna vel parva non alio iure nisi iure Theutonico ibidem in Krzywagora respondere debet. Eciam dictus Martinus oborzne vulgariter dicendo integraliter pro se reservabit et circa hoc prenominatus Martinus suique successores legittimi plenam et omnimodam libertatem in predicta sculteciа habebit cum iuribus proventibus dantes et absolventes eum suosque posteriores legittimos ab omnibus solucionibus laboribus angariis et preangariis ac aliis universis serviciis nisi tantum quod quando nostra maiestas personaliter ad eandem hereditatem nostram venerit tunc predictus scultetus et sui posteriores nisi de gravicis dicte hereditatis conducere debebit. Damus eciam iam dicto Martino suoque posteritati eedem sculteciе plenam potestatem vendendi donandi commutandi et ad usus beneplacitos prout sibi melius videbitur convertendi. Conferimus eciam omnibus et singulis ab ipso die quo quis eorum ad residendum ibidem incolarum supervenerit octo annos continue sequentes plenam et omnimodam libertatem clausa vero libertate singulis annis in festo beati Martini confessoris de quolibet manso unam marcam grossorum et pro decima tres scotos solvere tenebuntur. Eciam tota communitas ville in festo Pasche pernam lardi pro fertone de quolibet manso mediam sexagenam ovorum et pro

adventu nostre maiestatis duos pullos singulis annis solvere. Etiam dicta communitas ville duo iudicia generalia quolibet unum fertonem et scultetus cum suis sequacibus pro tercio unum talentum piperis solvere teneantur. Alia vero servicia soluciones nec non labores predicti cmetones non exercebunt nisi de beneplacito cum fuerint petiti. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum. Actum et Datum in Pysdri in die Simonis et Jude anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo presentibus testibus Johanne episcopo Posnaniensi Przeslao palatino Calisiensi Paskone castellano Gnesnensi Vincencio castellano Srzemensi Adam succamerario Calisiensi et aliis quam pluribus fidedignis.

Jaroslaus archiepus. Gnezn. 13(62) Sept. [illegible]

Noverint universi presencium noticiam habituri quod coram Jaroslao divina providencia s. Gneznens. ecclesie archiepiscopo orta inter nobiles viros Petrum Chalibogium et Bogussium heredes de Chalanczice actores parte ex una, et Chalibogium heredem de Trowicz et ger-manos fratres Stanislaum de alia Trowicz et filiastros ipsius Stanislai ibidem de Trowicz videlicet Johannem Petrum Nicolaum et Janussium nec non Trojanum et Benedictum germanos de Vsta et Symonem de Bacz et Chalibogium de Sedlanthkowo reos parte ex altera super iure patronatus ecclesie de Chlewo materia questionis nos vero dictis partibus in nostra presencia constitutis eisque certo termino assignato decrevimus ut super eodem iure probaciones inducerent et qui eorum validiores probaciones testimonio fidedignorum producerent illi ius patronatus ecclesie supradicte in Chlewo obtinerent. Quo termino adveniente concordiam inierant venientesque ad nostram presenciam partes memorate Petrus videlicet Chalibogius et Bogussius heredes de Chalanczicz prenotati publice recognoverunt nullum ius patronatus in ecclesia in Chlewo predicta se habere seu eciam obtinere sed Chalibogium dicta cum

sequela supradicti confessi sunt esse Nationes et ius pa-
tronatus in ipsa ecclesia obtinere. Nos igitur eorum con-
fessione audita ipsis Petro Chalibozio et Bogussio de
Chabanczin super dicto iure patronatus ecclesie in
Chlewo perpetuum silencium imponimus et imponimus
per presentes adiudicantes Chalibozio de Crowiz supradicto
et sue sequele sepefate et eorum posteritati ipsum ius
patronatus ecclesie in Chlewo (6 verba delet.) cuiuslibet alte-
rius qui in nostro iudicio predicto (3 verb. del.). Actum in
Opatowo in crastino beati Egidii anno Dni. m. ccc. (xxx)
tesimo (secundo) presentibus Dni. Martino archidiacono Gne-
nensi ([illegible]) scolastico [illegible]. Przeczlao preposito s. Geor-
gii in castro Gnezn.
Gniezno. Arch. Consistor. archiepisc. — Acta r. 1438.

Jaroslaus s. Gneznens. eccle. archiepus. 1362 Nov. 6, in ...

Gniezno. Archiv. Capit. Metrop. Liber privil. ab a. 1459, II, pag. 88.

In nomine Domini amen. Nos Jaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus notum facimus universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris quod providus vir Jacobus scultetus de Mychalow villa nostra archiepiscopali in terra Calisiensi iacente nostram accedens ad presenciam non coactus non compulsus sed mera et libera sua voluntate sculteciam ibidem in Mychalow provido viro Sedlys filio olim Sedlyk vendidit tradidit et resignavit pro certa pecunie quantitate cum toto iure et dominio prout ipsemet Jacobus iuxta continenciam sui privilegii antiqui super huiusmodi sculteciam confecti habebat et tenebat cuiusque privilegii antiqui tenor per omnia est talis.

(dokum. na drugi karcie)-

Nos vero vendicionem tradicionem et resignacionem huiusmodi scultecie sic rite et racionabiliter factas in persona prefati Szedlys ratas et gratas habentes sibique et suis liberis et successoribus legitimis iuxta tenorem antiqui privilegii qui superius de verbo ad verbum huic nostro privilegio est insertus perpetuis temporibus fore valituras presentibus confirmamus et ad maiorem corroboracionem huiusmodi vendi-

cionis

cionis tradicionis et resignacionis sculteie *
supradicte predicto Szedlysz presens privilegium
nostro sigillo fecimus communiri. Actum et datum
in Oppathow in die beati Leonardi confessoris
anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo
secundo presentibus honorabilibus viris Martino
archidiacono Kelczone scholastico Nicolao can-
cellario Gnesnensibus Clemente archidiacono
Caliszensi et Boguslao canonicis Gnesnen-
sibus alysque pluribus fidedignis.

<u>Kazimirus rex Polon.</u> etc. 1354 Febr. 29, in Cracovia.

In nomine Domini amen. Quod magnificia regum fieri decrevit auctoritas ratum atque stabile perpetuo debet permanere. Proinde nos Casimirus Dei gracia rex Polon. etc. [illegible] Cracovie Sandomirie [illegible] Pomoranie Russieque dominus et heres notum facimus quibus expedit universis quod consideratis et inspectis fidelibus serviciis nobis per Andream natum castellani Dobrinensis impensis et adhuc dante Domino in futurum impendendis horum igitur intuitu exnunc hereditatem ipsius infrascriptam videlicet Unine de novo locandam item [illegible] ~~dic~~ de iure Polonico in ius Theutunicum quod Sredense dicitur transferimus perpetuo ibidem [illegible] removentes ibidem omnia iura Polonicalia modos et consuetudines universas que ipsum ius Theutonicum in aliquo contrariari consueverunt eximimus et perpetuo liberamus scultetum et omnes incolas hereditatis predicte ab omnibus [illegible]

pot[illegible] citacionibus et penis omnium palatinorum
castellanorum iudicum subiudicum regni nostri et ministe-
rialium ipsorum ita quod coram ipsis vel coram aliquo
pro [illegible] tam magnis quam parvis puta
furti [illegible] homicidii [illegible] membrorum mutilacionis
et aliis quibuscumque [illegible] minime respondere aut
alienas penas solvere teneantur sed tantummodo coram
suo sculteto qui pro tempore fuerit scoltetus vero coram
domino ville predicte aut coram nobis dum tamen per
literam nostram sigillo nostro munitam vocatus fuerit
tunc de se querulantibus suo nihilominus iure Theutunico
respondere sit astrictus. In causis autem criminalibus
et capitalibus superius expressis sculteto et scabinis ad
hoc deputatis iudicandi sentenciandi comprehendendi et pu-
niendi plenam et omnimodam concedimus facultatem
omnia autem alia iura que commodum et utilitatem
dominorum respiciunt solum pro nobis et nostris succes-
soribus reservamus. Ut autem predicta hereditas Unene
eo facilius commodius et citius valeat collocari omnibus

et singulis incolis et colonis in eadem hereditate orandis ab omnibus nostris solucionibus exaccionibus collectis contribucionibus ac sep vecturis conductibus laboribus castrorum angariis et preacariis universis quocumque titulo vocentur infra duodecim annorum spacio plenam et omnimodam perfectione a data presencium continue subsequencium concedimus libertatem. In quorum omnium testimonium ad evidenciam pleniorem sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum in Lancicia feria quinta post dominicam Oculi anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo quarto presentibus Johanne palatino Bartholomeo castellano Philippo succamerario Nicolao vexillifero Bolesta subdapifero Stephano iudice Lanciciensibus. Datum per manus domini Floriani cancellarii Lanciciensis scriptum autem per Jacobum notarium curie nostre.

Dziennik Arch. mistrza archiepisk. Akta d.a. 1763.

Jaroslaus v. Gnezniens. eccl. archiepus. 1365 Jun. 26, Gnezdne;

Gniezno. Arch. Cap. Metropol. Liber privileg. ab a. 1457, I, pag. 934.

In nomine Domini amen. Dignum est congruum fore dinoscitur ut vendiciones vel contractus roboret solucionis titulus litterarum. Proinde nos Jaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus notum facimus universis presentem litteram inspecturis quod redempta per nos sculteria in Stawno villa mense nostre pro certa pecunie quantitate eandem sculteriam provido viro Cleme vendidimus et tenore presencium dedimus vendendam pro certa summa pecunialis pagamenti cum quattuor mansis liberis duobus mansis eiusdem sculterie pro nostro usu et utilitate reservatis tercio denario juramentorum et cuiuslibet iudicati cum tercio denario censuali tabernarum et ortorum simul de omnibus tabernis et ortis recollecto per ipsum Clemam et successores ipsius legittimos jure hereditario perpetuis temporibus tenendam habendam possidendam commutandam, donandam et vendendam ac pro suo suorumque successorum beneplacito prout melius et utilius eis videbitur convertendam. Incole autem eiusdem hereditatis nobis nostrisque successoribus racione census et decime singulis annis

de quolibet manso per vigiti (sic) scotos grossorum
pragensium in bonis terminis in festo videlicet sancti
Martini decem scotos et totidem in festo sancti Jo-
annis baptiste solvere tenebuntur. Insuper omnes consue-
tudines et singulas soluciones quas ville iure Srzedensi
locate suis dominis et heredibus dare et contribuere con-
sueverint easdem eciam nobis et successoribus nostris reser-
vamus, quo eciam iure eadem villa Slawno sortitur potiri,
excepta collecta domini nostri regis a qua nullatenus sint
exempti. Preterea scultetus memoratus de suis quattuor
mansis liberis rectori ecclesie ubi divina audiet et eccle-
siastica percipiet sacramenta quattuor mensuras siliginis
et quattuor avene, racione decime et missalium solvere te-
neatur. Nobis nostris et (sic) successoribus vel eis qui no-
stres vices gesserint servicia prout sculteti alii
villarum nostrarum iure Srzedensi locatarum
consueverunt exhibere sit astrictus. Et quoniam
iura Srzedensia nobis protunc sunt incognita ideo
omnia iura que commodum et utilitatem respiciunt
dominorum salva et integra nobis et successoribus
reservamus. Harum quibus sigillum nostrum maius
est appensum testimonio litterarum. Datum
et actum Gnezdne in die sanctorum Johannis et Pau-
li martirum [illegible] sub anno Domini millesi-
mo trecentesimo sexagesimo quinto presentibus hono-
rabilibus et nobilibus viris dominis Przeclao pala-
tino Calisiensi Janussio castellano Starygrodensi
Adam subcamerario Calisiensi Martino archi-
diacono Kelczone scholastico Wyrzbyanta custode
Gneznensibus aliisque quam pluribus fidedignis.
Scriptum per manus Jarandi protunc curie
nostre notarii.

Kazimirus rex Polon. etc. 1365 sept. 29, Poznanie;

Poznan: Königl. Staatsarch. Lib. terrestr. Posnaniens. d. a. 1580, fol. 274.

In nomine Domini amen. Dignum est ut ea que in tempore aguntur ne simul cum tempore pereant scripturis autenticis et et fidedignorum testium testimonio roborentur. Noverit igitur tam presens etas quam futura quod nos Kazimirus dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres commutacionem hereditatum nostrarum infrascriptarum cum nobili viro domino Preczlao iudice Poznaniensi herede de ~~Marg~~ Marzenino de ipsius libera voluntate et consensu facimus in hunc modum videlicet quod recipientes ab eodem domino Preczlao milite nostro dilecto hereditatem suam Rzewicza vulgariter nuncupatam ante oppidum nostrum Srzoda situatam cum omnibus et singulis utilitatibus et obvencionibus universis ad ipsam quomodolibet spectantibus pro nobis et nostris successoribus perpetuis temporibus obtinendam eidem domino Preczlao et et sue posteritati villas nostras regales infrascriptas videlicet Rudzisowo cum excrescenciis Colandzino et lacu Radusp vulgariter dictis nec non villam Slanowicze in [illegible] [illegible] situatas ad nostrum dominium et antiquo pertinentes cum omni iure et omnimodis utilitatibus universis puta censibus agris pratis pascuis sylvis piscinis lacubus molendinis et obvencionibus quibuscunque que nunc in dictis villis sunt vel esse poterunt quomodolibet in futurum secundum quod eedem ville sunt in suis circumferenciis

in terra et in aqua antiquitus limitate et prout ipsas soli nostris temporibus tenuimus et insuper quinquaginta marcas grossorum Pragensium polonicalis numeri quadraginta octo marcam facientium titulo et nomine commutacionis damus conferimus attribuimus et perpetuo iure hereditario incorporamus per ipsum Preczslaum et ipsius legittimos successores perpetuis temporibus tenendas habendas et pacifice possidendas nec non vendendas donandas commutandas et prout sibi et suis posteris utilius videbitur libere et sine aliquo impedimento convertendas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum regale presentibus duximus appendendum. Actum et datum Poznanie in die beati Michaelis archangeli gloriosi sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto presentibus dominis Poznaniensi Preczslao Kalisiensi palatinis Wyszbutha Poznaniensi Vincentio Gneznensi Andrea Kalisiensi Januszio Starogrodensi castellanis et aliis pluribus fidedignis.

Posnaniae 1365 d. 29 m. Septembris.

Casimirus rex Poloniae cum Predslao iudice Posnaniensi villam Krenica mutat pro villis Budziszewo et Stonowice dictis. ksM. 89 / 98/

1365.

In nomine domini amen. Dignum est, ut ea que in tempore aguntur, ne simul cum tempore pereant, scripturis autenticis et fidedignorum testium testimonio roborentur. noverit igitur tam presens etas quam futura, quod nos Casimirus dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie Cuiavie Pomeranie Russieque dominus et heres commutacionem hereditatum nostrarum infrascriptarum cum nobili viro domino Preczslao iudice Posnaniensi herede de Chargonino de ipsius libera voluntate et consensu fecimus in hunc modum videlicet, quia recipientes ab eodem domino Preczslao milite nostro et dilecto hereditatem suam Krenicza vulgariter nuncupatam, ante oppidum nostrum Sroda situatam cum omnibus et singulis utilitatibus et obvencionibus universis ad ipsam quomodolibet spectantibus pro nobis et nostris successoribus perpetuis temporibus obtinendam eidem domino Preczslao et sue posteritati villas nostras infrascriptas scilicet Budzissevo cum accrescentiis Colandrino et lacu Radussecz vulgariter dictis nec non villam Slanowicze in terra Polonie locatas ad nostrum dominium ex antiquo pertinentes cum omni iure et dominio ac utilitatibus universis, puta redditibus agris, pratis sylvis piscinis lacubus molendinis et obvencionibus quibuscunque que nunc in dictis villis sunt vel esse poterunt quomodolibet in futurum. Secundum quod eedem ville sunt in suis circumferenciis.

in terra et in aqua antiquitus limitate et prout
ipsas soli nostris temporibus tenuimus et insuper
quinquaginta marcas grossorum pragensium
polonicalis numeri quadraginta octo marca
Thcicnciam titulo et nomine commutacionis
damus conferimus, attribuimus et perpetuo
iure hereditario incorporamus per ipsum
Preczlaum et ipsius legitimos successores
perpetuis temporibus tenendas habendas et
pacifice possidendas necnon vendendas do-
nandas commutandas et prout sibi et
suis posteris utilius videbitur libere et
sine aliquo impedimento convertendas.
In cuius rei testimonium sigillum nostrum
regale presentibus iussimus appendendum.
Actum et datum Posnanie in die beati
Michaelis archangeli gloriosi sub anno
domini millesimo trecentesimo sexagesimo
quinto. Presentibus
Pascone Posnaniensi
Preczlao Calissiensi Palatinis
Virzbiēta Posnaniensi
Vincentio Gnesnensi
Andrea Calissiensi
Iannussio Starogrodensi Castellanis
et aliis pluribus fidedignis.

Conf. a Sigis. Aug. 1566. Varsoviae
f. II. p. f. S. Lucie

Nicolaus de Kurnyk cancellar. Polon. etc. 1366 Apr. 18, in Zloth-
kowo;

Gnieznen. Arch. Capit. Metrop. Visitatio bonorum pag. 119 v.
i Liber privileg. ab a. 1459, pag. 43 v.

Nos Nicolaus de Kurnyk decretorum doctor cancella-
rius Polonie et canonicus Gneznensis recognoscimus
universis presencium noticiam habituris quia in
mea presencia constitutus Nicolaus Kochan sculte-
tus noster de Zlothkowo recognovit se vendidisse
sculteciam suam ibidem Henrico Laurencio
et Nicolao de Jablonka pro viginti quatuor mar-
cis (grossorum) Pragensium racione cuius assignavit sibi
ibidem tres mansos liberos, tabernam pistorum (pistorium)
macellum et sutoriam, tercium denarium
iuramentorum et cuiuslibet iudicati et omni
ius aliud quod sibi racione sui privilegii
ad eandem sculteciam pertinebat reservato
tamen sibi uno manso libero sculterie
prenotate de quo nullum servicium debet
prestare domino ville, sed prefatus Henri-
cus cum suis fratribus ad quelibet servicia
pro toto servicio tenebuntur. Nos tamen
vendicionem eandem ratam gratam haben-
tes presentibus confirmamus iuribus
et consuetudinibus terre Polonie et
iuris Theuthonici commodum et honorem

(pro tota scoltheria in Lib. privileg.)

consuetudinum

Dominorum tangentibus per omnia nobis salvis. In cuius rei testimonium presentes scribi jussimus nostri sigilli apensione muniri. Datum in Zlothkowo die decima octava mensis Aprilis anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo sexto.

Jaroslaus s. Gneznens. eccle. archiepus. 1368 Apr. 17, Gnezn.;

Gniezno. Archiv. Capit. Metrop. Liber privil. ab a. 1459, II, pag. 128v.

In nomine Domini amen. Confirmari et eternari debet quevis actio legitima et temporalis testimonio literarum ne perire possit prolixi temporis intervallo. Proinde nos Jaroslaus divina providencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus notum esse volumus universis et singulis presentibus literam inspecturis quod bona ecclesie nostre quantum cum divino adiutorio possumus in augmentum deducere cupientes villam mense nostre dictam vulgariter Ostrowite sitam in districtu Gneznensi prout in suis limitibus circumferencialiter est distincta in ius theutonicum quod Sredense dicitur duximus exponendam vendentes sculteciam in eadem sub ratihabicione fratrum nostrorum Gneznensis videlicet capituli provido viro Paulo dicto Vytoska pro certa pecunie quantitate. Nomine et racione dicte sculteciе eidem Paulo et suis liberis ac successoribus legittimis damus ac perpetuo incorporamus duos mansos liberos, terciam partem tabernarum ortorum sutorum fabrorum pistorum carnificum iumentorum et cuiuslibet iudicati tenenda habenda donanda commutanda ac vendenda nostro et nostrorum successorum ad hoc consensu accedente. Decernimus eciam quod eadem sculteсia perpetuo dividi non debet sed quod per unum scultetum

quemcunque

quemcunque possideatur. Indulgemus eciam predicto sculteto Paulo pulqustria ponere in nostro lacu dicto Oztrovite tantum ad tempora vite sue. Ut autem eadem villa nostra eo celerius valeat collocari omnibus et singulis incolis in ipsa locatis infra octo annos a data presencium computandos concedimus libertatem qua durante dicti incole decimam manipulatum nobis de agris antiquis dare teneantur. Elapsa vero libertate predicta incole prescripti de quolibet manso decimam manipulatim in campis et fertonem grossorum Pragensium in festo beati Martini confessoris singulis annis perpetuis temporibus nobis et nostris successoribus solvere tenebuntur. Scultetus vero iam dictus et sui successores de suis mansis liberis decimabunt nobis nostrisque successoribus pariter cum omnibus supradictis. Et si incole predicti maldratas solvere voluerint extunc dictus scultetus et sui successores pro eo quoque maldratas recoligent predictas pro nobis et successoribus a decimacione prefata permanebunt absoluti. Et quoniam iura Ecclesiastica nobis competens sunt incognita omnia iura que utilitatem et commodum respiciunt Dominorum salva et integra nobis et nostris successoribus reservamus. In quorum testimonium nostrum et dicti nostri Capituli sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Gnezne decima septima die mensis Aprilis anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo presentibus honorabilibus et discretis viris Nicolao preposito Nicolao canonico Gneznensibus Nicolao archidiacono Lanciciensi Mathia thesaurario nostro Nicolao dicto Vanschowski procuratore nostro Gneznensi et alys pluribus fidedignis. Scriptum per manus Bronizlai protunc curie nostre notarii.

Preczlaus epus. Wratislav. 1368 Sept. 15; in Othmachow; 141

65

In nomine Domini Amen. Nos Preczlaus Dei gratia
episcopus
Epus Wratislaviensis. Recognoscimus tenore presentium pu-
blice universis et singulis quos constituti personaliter in no-
stra praesentia discretus Dominus Henricus plebanus in Wierussow
ex una et nobilis vir Clemens dominus legitimus in oppido Wierus-
sow et [illegible] villae Szwiba haeres ex alia parte. Idem dominus Hen-
ricus et Clemens super omnibus litibus, inquisitionibus et con-
troversiis inter ipsos alias super solutionem pertennium decima-
lium petita per praefatum dnm Henricum iudicialiter inite et
super bonis Nobilis Clementis praefati seu ratione [illegible] eorem
villae Szuniba et oppidi Wierussow antedictae, expensis, dam-
nis et interesse partis et quae occasione praeterita possent
inter eos in via discordiae aliqualiter suboriri coram nobis tali-
ter concordarunt. Quod Dns Henricus memoratus de omnibus
expensis et singulis damnis ac interesse, in quibus nobilis
Clemens praefatus sibi obligaretur de iure quolibet, ut dicebat
de ipsum Nobilem dnm Clementem et legitimos successores
liberum dimisit penitus ac solutum, [illegible] omnem [illegible]
quitationem et pactum ac repromissionem de ulterius non pe-
tendum neque ultra petet. quod idem Dns Henricus et nobilis
Clemens convenerunt in hoc et concorditer elegerunt qui ad solu-
tionem missalium sunt astricti: percipere et habere debe-
bit et de his quos liberos esse dicunt seminare sive noviter advenien-
dis integraliter de quolibet manso metretam siliginis et al-
iam avenae secundum terrae consuetudinem dicto Dno Henrico
in Wierussow plebano et successori eius in oppido Wierussow.
Nam in ista parte ecclesiae Sti Michael de agris de quolibet man-
so metretam siliginis et aliam avenae et [illegible] duabus me-
tretis tenebuntur dare q. VI ratione decimae nam partim
dant ecclesiae wratislaviensi q XII. Et qui horum praelato-
rum temporibus huic solutioni opponerentur contrarius con-
testari debet et procedere per excommunicationis senten-
tiam et ecclesiasticum interdictum. Ad quod Dns Clemens
obligatur et sua posteritas sive legitimus haeres in oppido
Wierussow. Cupiens igitur ut capella S. Bartholomei in

Księga [illegible] Arch. Consistor. archi-epis. Visitatio ecclesiar. decanatus [illegible] 1634 – 103.

nowa Wieruszow Wratislaviensis dioecesis ad quam sicut accepimus dilectus nobis in Christo Nobilis Clemens singularem gerit devotionis affectum ut congruis frequentetur honoribus et a christifidelibus iugiter veneretur ac in suis structuris et aedificiis debite reparetur et manuteneatur, nec non libris, calicibus, luminaribus, ornamentis ecclesiasticis divino cultui inibi necessariis decenter muniatur coram nobis in praesentia cupiens suis meritis vicissitudini obviare munificentia suae largitatis catenus: Existens in matura deliberatione intra se praehabita publice et per expressum recognovit quia iuris patronatus tanquam in haereditatem praefatorum bonorum in oppido Wieruszow spectat, pleno et iure ditario iure dedit Dno Henrico plebano in Wieruszow et successoribus eius decimam manipularem in agris civilibus noviter funiatis versus villam [illegible]banin et qua tenditur in Vieluń; ex quibus ad entudinem campestris decimae districtis percipere et habere debebit decimam in campis integraliter de omni grano nulla obstante reclamatione quacunque quo suae placuerit voluntati. Dominus Clemens Nobilis praedictus donet sua munificentia ex hominibus in dicta Wieruszow pure propter [illegible] cum sit sua legitima posteritas, et nullus audeat ultimam voluntatem violare de aliqua nova inventa, quae excogitare possent,) ut hortos in quibus frumenta seminant alias aut sepibus agros circumdant alias hopomina, de his omnibus percipere debebit et literas necessarias decernimus ad certificandum eundem dictum Dno Henrico et successoribus eius non obstante in aliquo. Nos tamen firmam servare volentes dictae concordiae et editum Nobilis Clementis et successoris Institutionem praesentandum iuri nostro; annectimus et incorporamus Capellam S. Bartho-

mei et Eclm S. Nicolai in Wierussow antiqua cum vil-
lis Szwiba, Mirkow, Chobanin, antiqua Sutrkow de-
qua decima manipularis ad eandem Eclm pertinet.
Ad hoc itidem vigore et potestate Dni Clementis, haere-
dis cives ex antiqua Wierussow Petrus garbar anno-
rum quinquaginta, Joannes Kartzka habens annos
sexaginta cum admissione Epi Wratislaviensis su-
per iuramento ipsorum praestito super passionem
Christi per Notarium Curiae nostrae singulariter quem-
quam seorsum sufficienter examinatos non causa
odii neque exceptionis sed veritatem fatendi recog-
noverunt villam Szwiba habere oratorium Stae
Catharinae et unum mansum pro plebano inibi com-
ad Eclm in Wierussow in qua semel tantum in anno
admittimus ipso die Stae Catharinae divina peragere;
Mirkow et Chobanin ex fundatione antiqua hae
villae semper adiacentes (sic) et pertinentes fuerunt ad
Eclm in Wierussow cum omnibus proventibus emolu-
mentis et obventionibus necessariis suis integre
respondendo, quia missalia dabant a omnibus villis
et supra de manso metretam siliginis et aliam
avenae in festo S. Martini quolibet anno et dena-
rium S. Petri Romanae Eclae. Sic audivimus a patri-
bus nostris nullum alium pastorem quaerebant
nisi ad Eclm parochialem in Wierussow sacramen-
ta suscipientes, et sepulturam et baptismum pu-
erorum habuerunt. Etiam aperte hae in suis succes-
sionibus divagantes Nobiles vel plebei non ordinati
vel consanguinei aliquam dotationem sive perma-
nentes parochiales seu patrimonium Christi im-
pedientes illos qui nobis semper sunt obedientes
seu haeredes invadentes sua bona propter defec-
tum cum omnibus attinentiis, plebanus non

amittit suam mercedem. Repperimus idcirco pro parte omnium et aliorum praedictorum in et quantum prae-pediverint sive per se ~~[illegible]~~ vel per [illegible] sive per submissas personas ex turbatione [illegible] aureorum hungari-corum Dno Henrico plebano in Wierussow et successo-ribus eius in solutione [illegible] subcumbent, pro quorum [illegible] citari permiserint, vel eius legitima posteritas [illegible] tunc in primo citationis termino, tanquam [illegible] eius posteritas debet stare, ponere, respondere et ab illo iudicio ad quem ratione praemissorum citatus vel citati fuerint, non recedere, [illegible] praefatae summae inscriptioni satis in toto faciant. Nihil sibi iuris remediorum contra hanc inscriptionem nec contra citationem [illegible] manatum in auxilium assumentes literis regalibus statutis [illegible] vel [illegible] pactis se defensare con-tra praemissa. Cum [illegible] praemissis omnibus nunc [illegible] et quem [illegible] in [illegible] S. Nicolai, plebanus sive Rector fuerit [illegible] suis successoribus ecclesiae in Wierussow ad tempora vitae durabit, deinde non debet concordia esse de solutione missarum ut praescribitur praeiudicium aliquod generare. Quan-doquidem concordiam et omnia ac singula in contenta ratificamus et approbamus [illegible] nostra senten-tia confirmamus mandavi hinc inde a partibus in-violabiliter observari. Actum et datum in Othmo-chow XVII Calendas Octobris Anno Dni Millesimo tricentesimo sexagesimo octavo. Praesentibus strenuis Matthaeo Capitaneo [illegible], Ste-phano de Pogorella, Conrado de Pateserniz, Petro de Kuntzindorff, datum per manus Graegorii notarii nostri iurati. In testi-monium ~~nostro~~ veritatis nostro etiam sub-appenso sigillo.

L. S. / Visitationes Ecclesiarum Decanatus Ostrzesowiensis. 1634–1635

Jaroslaus s. eccle. Gnezneus. archiepus. 1369 Febr. 21, Gnezne; 67

Gniezno. Arch. Cap. Metrop. Liber privil. ab a. 1459, I, pag. 108.

In nomine Domini amen. Nos Jaroslaus divina providencia sancte ecclesie Gnezensis archiepiscopus notum esse volumus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris quod cum per providos viros Michaelem Jacobum et Stanislaum fratres germanos de Slup villa custodie Gnezensis sita in districtu Crosramensi petiti plures fuissemus ut ipsos ad scolteciam ibidem in Slup quam iure hereditario dicunt ad se omnimode pertinere et privilegium super eandem habuisse quod casu quodam fore asserunt amissum honorabili viro Wirzbyathe nostro custodi Gneznensi committendo (sic) dederamus in mandatis quod super iure dicte scoltecie ad quem pertineat de iure faceret inquisicionem diligentem qui habito fidedignorum et hincinde testimonio nos oretenus informavit quod eadem scoltecia ad progenitores dictorum fratrum et ad ipsos ab antiquo pertineret. Nos vero visa predicti custodis ac habita informacione huiusmodi prescriptos fratres et successores ipsorum legittimos sub rathihabicione fratrum nostrorum Gneznensis videlicet Capituli ad prefatam scolteciam admisimus et admittimus per presentes. Dominica ac-

racione

racione huius scoltetie nominati fratres et eorum posteri legittimi habebunt ac libere perpetuo possidebunt in predicta villa quatuor mansos liberos quatuor ortos unam tabernam unum macellum panum et aliud carnificum et unum fabrum terciam partem iuramentorum et cuiuslibet iudicati donanda vendenda ac eciam comuttanda (sic). Preterea incole predicte ville iure quod Sredense dicitur theutunico locate de quolibet manso, solubili pro censu et decima maldratam triplicis grani videlicet modium tritici modium siliginis et modium avene ac fertonem grossorum usualis monete in festo beati Martini confessoris annis singulis perpetuo tempore dicto custodi et eius successoribus solvere sint astricti scolteti vero nominati et eorum successores servicia nominato custodi et successoribus suis more aliorum scoltetorum villarum Capituli ecclesie Gnesnensis predicte perpetuis temporibus exhibere tenebuntur. Et quoniam iura Sredensia nobis prorsus sunt ignota omnia iura que comodum et utilitatem respiciunt dominorum salva integra dicto domino custodi et ~~suis~~ sibi succedentibus reservamus. In cuius rei testimonium nostrum et predicti Capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Gnezne in vigilia beati Petri ad vincula anno domini ~~M~~ (tricentesimo sexagesimo nono presentibus honorabilibus et discretis viris Janusio cantore Swantheomiro canonico Gnesnensi Adam preposito Rudensi Stanislao Plocensi et Curzeloviensi (camerario?) Lanciciensi canonicis Thoma penitenciario curie nostre et aliis pluribus fidedignis.

ad. <u>b[illegible]</u>

Johannes cantor eccle. Gneznens. 1369 Apr. 24, Gnezne;

1/2

Gniezno. Arch. Cap. Metrop. Liber privileg. ab a. 1457, I, cum 1862.

In nomine Domini amen. De gestis hominum mobilibus solet subter calumnia . . . . fidedignorum affuerit suffragia litterarum patrociny roborata eapropter nos Johannes cantor ecclesie Gneznensis facimus notum universis presencium noticiam habituris quod cupientes villam Capituli Gneznensis Nesthronno vulgariter dictam quam pro tempore gubernamus in melius reformare et mericas multas ad cultivam redigere ut valeamus quandam mericam infra ipsius limites consistentem que incipit a limitibus ville Chomiaza Falonis et dicta Nestronno villas presignatas et in longum pretenditur circumquaque viam que ducit versus Gneznam et ad viam qua itur de memorata villa Nyesthronno versus Ryszewo per medium Conotopa et per medium Lancze usque ad lacum terminatur tres lacus in se continens (sic) videlicet Drebno Grzibno et magnum Glamboczek vulgariter sic nuncupatos cum molendino quod inter ipsum Drebno et silvam Belki continetur situatum de voluntate speciali dominorum Capituli scilicet Gneznensis et consensu iure Theutonico Srzedensi videlicet dedimus ad locandum Janussiu (sic)

(~~dic~~) omethonem vulgatobola cognominatum pro tanta pecunie quantitate scultetum ~~perficiatur~~ preficientes racione
cuius sculteciе et locacionis eidem Janussio suisque successoribus legittimis duos mansos liberos orthos
potest ponere ubique tabernam liberam terrium
denarium iuramentorum de corra terrium denarium
prata circa Glamboczek quinque funes distribuciones
ad locum consistentes tenenda habenda possidenda
et in eorum usus in sta quod utilius occurrerit
de voluntate tam domini ville qui pro tempore fuerit
et consensu vendendo donando commutendo et quovis
alio modo disponendo convertendo (~~sic~~) perpetuis temporibus irrevocabiliter assignamus concedentes
prefato Janussio ipsiusque successoribus ~~quam~~ contra ... mittet magnum rethe directum scultito
pisces ut autem ipsa merica seu hereditas quo
nomine ... predicta etiam ... nuncupamus
facilius ad culturam redigi valeat celeriusque
exstirpet omnibus et singulis incolis in ipsa
villa locandis quattuordecim annorum a solucione
census et decimam (...) plenam solvetque per quatuor
grossos de manso item de alio quattuor grossos
concedimus libertatem quibus annis evalsis
incole iam dent decimam campestrem manipulatim per duodecim grossos currentes in quolibet
beati Martini festo annis singulis et eorum
singulis marzis. Et item Janussius locationi
prenominate ville eo diligencius intendat

presens

(sic)
presens privilegium sibi dedimus sigillis (videlicet ipsius
Capituli Gnesnensis et nostri munimine roboratum
hoc ius quod est quod est in Niestrouno (sic). Actum
et datum Gnezne in castro beati martiris Adal-
berti sub anno Domini millesimo tricentesimo
sexagesimo nono presentibus honorabilibus viris
ac dominis Kelcrone scolastico Gwanthone pre-
posito Kalisziensi, Nicolao scolastico Poznaniensi
(Lanciciensi)
Nicolao archidiacono Zamthenzi (?) Thome, sic) plebano
de Srzoda gnesnensibus, necnon capitulariter
ad [illegible] memorati Capituli negotia
Congregatis.

Bardzo błędnie przepisany, wogóle z całego dokumentu widoczna, że po łacinie nie rozumiał przepisywacz.
Kr.

Jaroslaus s. Gneznens. eccles. archiepus 1372 Jan. 2, Gnezne;

Poznań. Königl. Staatsarch. Klassifikations Anschläge, Vol. 2, f. 353.

